Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 0.4 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

171

Osee

mo eius qui iudicam baalim
de preoly mee sup filios alli-
sa. Sic fecit vobis bethel a
facie malitie nequitiae vestre
Sicut mane pertransiit rex israhel
quod puer israhel et
dilexi eum: et ex egypto vocavi
filium meum. Vocaverunt eos: sic
abierunt a facie eorum. Baalim
immolabant: et simulacris sa-
crificabant. Et ego qui nutrivi
ut effraim. Portabam eos in
brachiis meis. et nesciebant
quod curarem eos. In funiculis a
dam traham eos: in vinculis
caritatis. Et ero eis qui exaltas
ut sup maxillas eorum: et
de manu ad eum ut vesteretur
Non revertetur in terram egypti
et assur ipse rex eius. quoniam no
luerunt converti. Cecidit gladius
in civitatibus eius: et consumet
electos eius. et comedet capita
eorum. Et populus meus pende-
bit ad reditum meum. Si jugum aut
imponetur eis simul: quod non au-
feret. Ezuomo dabo te effraim:
protegam te israhel. Ezuomo
dabo te. Sicut adama ponam te:
ut seboim Conversus est in me-
cor meum pariter. conturbata
est penitudo mea. Non faciam fu-
rorem ire mee Non conver-
tar ut disperdam effraim:
quoniam deus ego et non homo. In
medio tui sanctus: et non ingredi-
ar civitatem. Post dominum ambula-
bunt. Ezi leo rugiet: quia ipse
rugiet et formidabunt filii ma-
ris. Et avolabunt qui avis ex e-
gypto: et qui columba de terra as-

Sirorum: et collocabo eos in do-
mibus suis dicit dominus. Circumde-
dit me effraim in negotiatione:
et in dolo domus israhel. Iudas
autem testis descendit cum deo:
et cum sanctis fidelibus.

Effraim pascit ventum:
et sequitur estum. Tota die
mendacium et vastitatem multiplicat. Et fedus cum assiri-
is iniit: et oleum in egyptum ferebat. Iudicium ergo domini cum iuda:
et visitabo super iacob. Iuxta vi-
as eius et iuxta adinventiones eius
reddet ei. In utero supplantavit fratrem suum: et in fortitudine
sua directus est cum angelo. Et in-
valuit ad angelum: et confortatus
est. Flevit: et rogavit eum. In be-
thel invenit eum: et ibi locutus
est nobiscum. Et dominus deus exer-
cituum: dominus memoriale eius. Et
tu ad dominum deum tuum convertere
misericordiam et iudicium custodi: et
spera in deo tuo semper. Chanaan
in manu eius statera dolosa: ca-
lumniam dilexit. Et dixit effraim.
Verumtamen ditatus effectus sum:
inveni voluntatem mihi. Omnes labo-
res mei non invenient in iniquitate qua
peccavi. Et ego dominus deus tuus
qui te eduxi de terra egypti adhuc
sedere te faciam in tabernaculis: sic
in diebus festivitatis. Et locutus
sum super prophetas: et ego visionem
multiplicavi: et in manu prophe-
tarum assimilatus sum. Si galgal
voluntas: in frustra erant in gal-
gal bulos immolantes. Nam et
altaria eorum sicut acervi super
sulcos agri. Fugit iacob in re-
gionem syrie et servivit israhel